

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio g
cum fonte primo

Honor et sublimitas
episcopalis nullis poterit
comparacionibus adaequari. Si regum
fulgori compares et principum
dyademati, longe erit inferius quam
si plumbi metallum ad auri fulgorem
compares, quippe cum uideas regum
colla et principum submitti genibus
sacerdotum, et deosculata
eorum dextra, oracionibus
eorum se credent communiri.

Ambrosius in suo pastoralis.

Honor igitur, fratres, et sublimitas
episcopalis nullis poterit
comparationibus adaequari. Si regum
fulgori compares et principum
diademati, longe erit inferius, tamquam
si plumbi metallum ad auri fulgorem
compares, quippe cum uideas regum
colla et principum submitti genibus
sacerdotum, et exosculata
eorum dextra, oracionibus
eorum credant se communiri.

Auctor incertus, *De dignitate*
sacerdotali, 2 (PL 17, col.569C-570A).